

Αξιούνημόν τοι.

1. *Γαλεξία.*

(1) *Exedræ.* (2) *Vix DEL.* (3) *Rechabitarum familiæ.* 4. *Coram
Domino stare.*

2. *Τι γνωμικά.*

Memoriâ digni sunt vs 6.14.19.

3. *Τὰ δημητρικά.*

Absolvatur istius capituli expositio duabus concionibus, qua-
rum (1) Ex narratione de *Rechabitis.* (2) Ex narrationis istius appli-
catione haberi potest.

vs. 18. & 19. præbent materiam concioni Scholasticæ, qvâ de
obedientia puerorum erga Parentes & Præceptores differendum.

CAPUT XXXVI.

Continuatio.

Narratio in hoc capite narrationem præcedentis capituli
concinno ordine sequitur. Utraqve enim incidit in tem-
pora Joachimi Regis impii, & hæc quidem in proximum ab
illa annum. Etenim narratio de *Rechabitis* incidit in an-
num mundi 2342. hæc vero in annum ab illo proximum i.e. an-
num mundi 2343. & quidem, ut *Chronologî* annotarunt, in tem-
pus jejuniî Mense Decembri.

Argumentum capituli.

Est narratio de Libro *Jeremias* jussu Jehovæ conscripto ac
prælecto, jussu autem Joachimi scisso & combusto. Totum ca-
put est dñi Υηλιον.

Partitio Capituli.

Duae ejus sunt partes summae ac primariae: (1) continet Nar-
rationem de libri scriptione ac lectione usq; ad v. 14. (2) vero Narratio-
nem de ejus scissione ac combustionē complebitur, inde usq; ad fin. cap.

Uſus.

Discant Doctores Ecclesiæ, quod ab ipsis requiratur, ut non
tantum